



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 35. Decretum de prorogandis definitionibus aliorum articulorum circa Eucharistiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

§. XXXIV.

C A P U T VIII.

*Solus Pontifex contra Episcopos in caussis gravioribus cognoscere debet.*

„Causæ Episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur.

§. XXXV.

*Decretum de prorogandis definitionibus aliorum articulorum circa Eucharistiam.*

*Labbep. 812. Pallav. l. 12. c. 8. n. 2. § 3.* Postquam octo hæc reformationis capitula fuere promulgata, Synodus decretem condidit, vi cuius decisio quatuor articulorum circa Sacramentum Eucharistiae, nec non modus concipiendi publicæ securitatis literas Protestantibus dandas prorogatus fuit. Hoc decretum his erat conceptum verbis: *Eadem sancta Synodus errores omnines, qui super hoc sanctissimo Sacramento repullularunt, tanquam vepres ex agro Dominico evellere, ac omnium fidelium Saluti prospicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentissima veritatis Catholicae inquisitione tradatos, plurimis, accuratissimisque pro*

pro rerum gravitate dispositionibus habitis, Sæc. XVI.  
cognitis quoque præstantissimorum Theolo-  
gorum Sententiis, hos etiam tractabat: an  
necessarium sit ad Salutem, & divino jure  
præceptum, ut singuli Christi fideles sub ut-  
raque Specie ipsum Venerabile Sacramen-  
tum accipiant. Et num minus sumat, qui  
sub altera, quam qui sub utraque Specie  
communicat. Et an erraverit Sancta Ma-  
ter Ecclesia, laicos & non celebrantes Sa-  
cerdotes, sub panis specie duntaxat commu-  
nicando. Et, an parvuli etiam communi-  
candi sint. Sed quoniam ex nobilissima Ger-  
manicæ Provincia ii, qui se protestantes no-  
minant, super his ipsis articulis, antequam  
definiantur, audiri a Sancta Synodo cupi-  
unt, & eam ob causam fidem publicam ab  
illa postularunt, & ipsis tuto huc venire, &  
in hac urbe commorari, ac libere coram Sy-  
nodo dicere, atque proponere, quæ sense-  
rint, & postea, cum libuerit, recedere li-  
ceat; Sancta ipsa Synodus, licet magno  
desiderio eorum adventum multos antea men-  
ses expellarit, tamen, ut pia Mater, quæ  
ingemiscit, & parturit, summopere id de-  
siderans, ac laborans, ut in iis, qui chri-  
stiano nomine censentur, nulla sint schisma-  
ta, & quemadmodum eundem omnes Deum,  
& Redemptorem agnoscunt, ita idem di-  
cant, idem credant, idem sapient; confi-  
dens Dei misericordia, & sperans fore, ut  
illi in Sandissimam, & salutarem unius  
fidei,



Sæcul. XVI fidei, Spri, charitatisque concordiam redi-  
A.C 1551 gantur, libenter eis in hac re morem gerent,  
securitatem & fidem, ut petierunt, publicam, quam salvum conductum vocant, quo-  
ad se pertinet, ejus, qui infra scriptus erit,  
tenoris, dedit, atque concessit, & eorum  
causa definitionem illorum articulorum ad  
secundam Sessionem distulit; quam, ut illi  
commode interesse possent, in diem festum  
conversionis divi Pauli, quæ erit vigesima  
quinta die mensis Januarii, anni sequentis,  
indixit, illudque præterea statuit, ut in  
eadem Sessione de Sacrificio Missæ agatur,  
propter magnam utriusque rei connexionem:  
interea Sessione proxima de Pœnitentia, &  
extremæ Unctionis Sacramentis tractandum.  
Illam autem die festo divæ Catharinae Vir-  
ginis & Martyris, qui erit vigesima quin-  
ta Novembribus, habendam esse decrevit, si-  
mulque ut in utraque materiam reformatio-  
nis prosequatur.

§. XXXVI.  
*Norma publicæ cautionis Protestantibus concedendæ.*

*Lahbe p. 813.* Postea Synodus præscripsit formulam,  
*Pall. l. c. n. 3.* juxta quam Protestantibus publicæ  
*Sleidan l. 22.* securitatis literæ darentur. Earum au-  
*p. 808. 813.* tem sequens erat tenor: *Sacrosancta ge-*  
*& l. 23. p.* *meralis Tridentina Synodus, in Spiritu*  
*827. & 828.* *Psalmæus in Sancto legitime congregata, præsidentibus*  
*act. Conc.* *in ea eisdem Sandæ Sedis Apostolicæ Lega-*  
*Trid. p. 242.* *to*